

**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

125. De Dionysia Matrona nobili, quam tortores regis denudatam grauiter
virgis cædebant, eiusq[ue]; ad tortores dictum, & ad filiolum, vt patienter
ferat torturas, & ad mortem subeundam, exhortatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

pter ventrem magis negotiantur ex illis.
Atticus excelsa Byzanti præsul in vrbe,
Nicæno scripsit talia presbytero:
Tercentos mittens nummos, quos donet egenis,
Omni qui verè destituantur ope.
Hos tibi quos mitto nummos, expendito tantum
Pauperibus, nummos quos petijisse pudet.
Non dato qui ventris mercando lucra sequuntur,
Ocio & indulgent desidiaq; pigri.

124. NESTORIVS EPISCOPVS
Constantinopolitanus ita dixit, in pri-
ma sua contione ad Theodo-
sium iuniorem. Cap. 3.

DA mihi, ô Imperator, terram purgatā
 hæreticis, & ego cœlum tribuam tibi.

Nestorius Byzæ delectus Episcopus vrbis,
Ista Theodosio verba notanda dedit:
Hæreticis mundam mibi terram redditio Cæsar,
Atq; tibi cœli regna beata dabo.

125. DE DIONYSIA MATRONA
 nobili, quam tortores regis denudatam
 grauiter virgis cædebant, eiusq; ad torto-
 res dictum, & ad filiolum, vt patien-
 ter ferat torturas, & ad mortem
 subeundam, exhortatio.

Stemmata

Stemmate de claro martyr Dionysia nuda

Pro Christi virginis nomine cæsa fuit.

Sanguinis è toto fluit ant vbi corpore guttæ,

Dicebat sœnis talia verba viris.

Ministri Diaboli, quod ad opprobrium
meum facere putatis, ipsa est laus mea.

Dedecus ô serui Sathanæ mihi quæ esse putatis,
Sunt Domino coram gloria magna mihi.

Tardius ad mortem gnatum cùm mater euntē,

Et trepidum pœnæ supplicij q̄_z vider:

Talibus affatur, mentem firmat q̄_z tenellam,

Matre sit ut factus fortior ipse sua.

Sis memor, ô fili, mersus quòd fonte sacrate

In veri es nomen notitiam q̄_z Dei.

Ne trepidus vestem fili nunc ipse iugalem

Mundam commacules abiicias q̄_z caue.

Ne Dominus nudum pedibus manibus q̄_z reuinctus,

Trudat in infernos abiicias q̄_z lacus.

Hanc metuas pœnam, nullo quæ fine leuatur,

Hanc pete, quæ semper vita beata manet.

126. THEOPHILVS EPISCO-
pus Alexandrinus de scriptis Ori-
genis. Euseb. lib. 10. Tripar-
tit, historiæ. Capi-

te 14.

Origenis